



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S./ Ecclesiae Treverensis
Pars// Prior**

Jakob <III., Trier, Erzbischof>

Avgvstae Treverorvm, 1574

VD16 A 766

In confessione, & post.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](#)

De Sacramento

~~Benedicat confitenti, & dicat.~~

Dominus sit in corde tuo, & in labiis
tuis ad bene confitendum peccata tua.
In nomine Patris, & Fi+lii, & Spir-
itus sancti.

In confessione duo quoque sunt obseruanda.

Post generalem cōfessionem latino, vel vernaculo sermone dictam
vsque ad illam partem (**Ideo precor**) finat ea confitentem per se di-
cere, quæ meminit, vel interroget pro qualitate, & conditione confi-
tentis secundum ordinem Decalogi: Præceptorum Ecclesiæ, & pec-
catorum mortalium, maximè Superbiæ, Gula & Accidie, quia alia
in decem præceptis continentur.

Post confessionem pro dispositione poenitentis consoletur eum spe
yenæ, vel obiurget, & grauitatem peccatorum ostendat. Et in pri-
mis inquirat, an sit paratus relinquere statum peccati, ut concubinæ,
vsuram, artem quamvis illicitam, odia, inimicitias, furta, &c. quia si
hæc nollet relinquere, vel satisfacere damnis rei, vel famæ, &c. nullo
modo esset absoluendus.

Post confessionem item duo.

Cum dixerit poenitens,

Ideo precor beatissimâ virginem Ma-
riam, &c.

& petierit Absolutionem ac poenitentiam pro qualitate peccatorum,
& personarum, quæ eiusmodi esse debet, ut pro præteritis peccatis sa-
tisfaciat, & ad futura cauenda sit accommo data: **P**ostremo absolu-
tionem subiungat, dicens.

Misereatur tui omnipotens Deus, & di-
missis omnibus peccatis tuis perducat
te

Poenitentia.

ci

te ad vitam æternam. **Respon.** Amen.
Indulgentiam, absolutionem, & remis-
sionem omnium peccatorum tuorum
tribuat tibi omnipotens, & misericors
Dominus. **Respon.** Amen.

Dominus noster Iesu Christus, qui est
summus Pontifex te absoluat, & ego au-
thoritate ipsius mihi licet indignissimo,
ab eo concessa, absoluo te in primis à vin-
culo excommunicationis, ^{infringens & interdicti} in quantum
possum & indiges.

Deinde ego te absoluo ab omnibus pec-
catis tuis. In nomine Patris, & Fi^X lii,
& Spiritus sancti. Amen.

Passio Domini nostri Iesu Christi: me-
rita Beatæ Mariæ virginis, & omnium
Sanctorum: quicquid boni feceris, &
mali sustinueris, sit tibi in remissionem
peccatorum: in augmentum gratiæ: &
in præmiū vitæ æternæ. **Amen.**

I 3

Absolu-

De Sacramento

Absolutio solennis ab Excommunicatione.

Dominus noster Iesu Christu te absoluat, Et ego auctoritate Domini nostri Papæ, vel Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Treuirensis, &c. absoluo te à vinculo excommunicationis maioris, quam incidisti propter hanc vel istam causam. Et nominatim exprimat casum, propter quem in excommunicationem incidit) & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium. In nomine Patris, & Fi^X lii, & Spiritus S.

Absolutio à minore excommunicatione.

Ego te absoluo ab excommunicatione minore, in nomine Patris, & Fi^X lii, & Spiritus sancti.



In